



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

25. De apparitione facta B. Virg.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

miscuisse cum seueritate, quia licet eiecit  
sacrilegos, tamen cæcos & claudos sa-  
nauit, & alios in vita pia & sancta instituit.

## MEDITATIONES

De Apparitionibus residuis post  
Resurrectionem.

## MEDITATIO XXV.

De Apparitione facta B. Virgini

**C**ONSIDERA, B. Virginem instante  
resurrectionis hora, quã sciebat, nõ  
dormirasse, sed in oratione subinde verba  
illa ingeminasse. *Exurge gloria mea, exurge*  
*psalterium & cithara* magnoque desiderio  
filii sui gloriosum reditum præstolatam.  
Deinde summo diluculo resplenduisse re-  
pente conclaue & filium cum admirabili  
gloria illi astirisse, cor autem B. Virg. tanta  
lætitia perfusũ fuisse ex illustri aspectu, vt  
aliquãdiu ne verbũ quidem profari potue-  
rit. Si enim Patriarcha Iacob accepto nũ-  
cio de filio suo Ioseph superstite vix apud  
se fuit, quid post tantas contumelias, do-  
lores & cruciatus filii tanta gloria cõpẽsa-  
tos euenisse putamus B. V? 2. perpende,  
non

1.

Psa. 56.

Gen. 45



non solum Christum ei apparuisse, sed etiam sanctissimos quoque Patres Adamum, Abrahamum, Dauidem aliosque prophetas, quibus summum gaudium erat oculis videre totius humani generis redemptoris matrem.

2. Considera, quænam fuerint colloquia filii & matris, quæ arcana matri filius enarravit; ut, quid in ædibus Pontificum antequam duum perpeffus fuerit, quomodo anima à corpore excesserit, quid apud inferos egerit, quantam gloriam sit adeptus; qua narratione omnem inestitiam superiorum dierum detulit. 2. perpende quando gaudio affecta fuerit, cum videret gratiosissimum filium vultu suo candori restitutum, quando sensit vultus sui lacrymas sacris eius manibus abstergi, cum potestatem factam sibi videret, ut in suavissimos diuinorum brachiorum rueret amplexus. Vide eam cum summa veneratione ad genua eius, adorandi causa, se prouoluentem, & sanctissima vulnera pedum, manuum, atque lateris cum incredibile consolatione exoseculantem, & exclamantem. Verè fili mi secundum multitudinem dolorum meorum, consolationes tuas nunc letificauerunt animam meam.

3. CONSIDERA, quid B. Virgo totis 40. diebus,

DE VI  
diebus,  
apparuit,  
filius qui  
dum exhib  
tri, eam m  
rificè con  
sua, de fid  
ronis, de  
multis p  
nos, quib  
patronam  
sanctos A  
reculisse il  
paruerat,  
Spiritu sa  
vendi con  
pastore co  
nem, quæ  
nicallè, e  
se ad perp  
ationes no  
ME  
De appa  
PETR  
uerauit  
Confide



diebus, quibus filius in terris rediuius apparuit, egerit. Nec enim dubiū est, quin filius qui toties apostolis, & aliis se videntum exhibuit, crebrius etiā adfuerit matri, eam multis de rebus instruxerit, & mirificè consolatus fuerit, multa de Ecclesia sua, de fidei propagatione, de martyrum coronis, de sua & beatorum gloria, aliisque multis pdixerit: omnes deinde Christianos, quibus illam cōstituit aduocatam & patronam, illi commendarit. 2 perpende, sanctos Apostolos, & imprimis B. Ioannē retulisse illi quæcūque à filio, quoties apparuerat, audierint: vt de insufflato in eos Spiritu sãcto, de potestate peccata remittendi concessa, de Petro omnium fidelium Pastore constituto. Contra verò B. Virginem, quæ ipsa audisset Apostolis communicasse, eosque consolatā fuisse, & erexisse ad perpetuandas fortiter omnes persecutiones nomine CHRISTI inferendas.

## MEDITATIO XXVI:

*De apparitione facta Mariae Magdalena. Marc. 16. Ioan. 20.*

PETRO & Ioanne digressis, Maria perseverauit ad monumentum foris plorans. Considera Petrum & Ioannem, qui simul  
cum